

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXVII. In confutatione Haereticorum & falsorum dogmatum debitum Zelum
adhibeat, ac severitatem lenitate temperet.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

troverſis, eadem remedia, quæ priſca & purior
Chriſti Eccleſia morbiſiſtis adhibuit, appli-
cari poſſunt.

LXVII.

In confutatione Hæreticorum &
falſorum dogmatum debitum Zelum
adhibeat, ac ſeveritatem lenitate tem-
peret.

Εἰναισις.

IN refutandis Hæreticis, aliisque Heterodoxis
aceorū falſis dogmatibus debita moderatio
& prudentia pro ſuggeſtu adhibenda eſt, Ze-
luſq; ira temperandus, ne excedat per immo-
deratum fervorem & rigorem, vel deficiat per
hypocriticum teporem. *Æq; enim inutiles
ſunt, iners & ſupina ſegnities, & imperitus fer-
vor, ut inquit Gregorius Nazianzenus Orat. 26.
Et iterum Orat. 32. in præſentiâ iſo. Episcoporum
habitâ: Ac de his quidē, ait, ita ſentio, cum
hisq; animarum diſpenſatoribus, recteq; doctri-
ne arbitris legem ſtatuo: ut nec per duriciem,
hominum animos exaſperent, nec per ſummiſ-
ſionem elatos & insolentes efficiant, ſed pruden-
ter & conſulid in fidei cauſâ ſegerant, nec in al-
terutro horū mediocritatem excedant. Utrum-*

C a 3

que

que in Doctore Theologo requiri statuo
 inquit Redonatus Lutherus (Leonhar-
 dum Hutterum intelligo) in Irenico cap.
 II. pag. 5. Edit. in fol. nempe *Et Modera-*
tionis debita, Et iusta acrimonia studium
ne vel lenitate nimia hostibus veritatis
palpum facere aut timidiuscule causam
agere: vel rigidiore vehementia infir-
mioribus errore quodam occupatis, con-
versionis spem omnem praecludere vide-
antur. Apostolus Paulus quidem vult,
 ut didāgnovtes à μὴ δέξ, Docentes, quae non oportet,
 (τὰ μὴ δέοντα, quae non decet, 1. Tim. V. 13.) gra-
 viter reprehendantur, & os illis obtureretur Tit. Lu-
 argue eos ἀποτόμας, inquit ibid. v. 13. i. e. *prae-*
rigido, severe, ita ut omnem illis elabendi viam
 praecidas, omnemque nervum objectionum in-
 cidas, sive ut Chrysostomus illud ἀποτόμας expo-
 nit, *insurge illis plagam profundiore, ut sani fiant in*
fide (hic finis est reprehensionis. Omnis enim
 correctio seu redargutio ad sanitatem fidei, sive
 restituendam, sive conservandam directa sit.)
 Mansuetudinem tamen & lenitatem cum cor-
 reptionis acrimonia conjungit, inquit 2. Tim.
 II. 24. & 25. *Servum Domini non oportet pugnare, sed*
mansuetum esse τὸ πρὸς πάντας, erga omnes — cum le-
nitate corripientem eos, qui resistunt. (additur ra-
 tio) *num aliquando daturus sit eis Deus penitenti-*

am ad agnitionem veritatis; & respi-
 scant ex Diaboli laqueo, à quo capti vite-
 nentur ad ipsius arbitrium. Paranesis
 hæc Apostoli videtur etiam ad Hereticos
 eorumq; Doctores extendi, inquit B. Hal-
 semannus de Corrept. Fratrum. §. X. n.
 152. quia subjecta, quibus servus Dei ju-
 betur exhibere in docendo & corripi-
 endo mansuetudinem, describuntur à
 μαχή, pugna, & quidem μαχαίς καὶ ἀπαιδέοις
 ἑρῆσσι, quod pugnent stultis & inruditis questio-
 nibus. Erga hos adversarios & sic ἀντιδιὰ τὸ μαχεύεσθαι
 jubetur esse servus Dei docilis, patiens & cum modestiā
 eos corrumpere. Et 2. Tim. IV. 2. præcipit Timo-
 thea, Predica verbū, in σταβυλῶσι καὶ ἀκροῖς, tem-
 pestivè, in tempestivè, ἐλεγχόν, argus, ἐπιτιμήσον,
 oburgans, increpans, (en severitatem) ἐν πάσῃ μακρο-
 θυμίᾳ, in omni longanimitate (en lenitatem) i. e.
 ut habet Chrysostomus, non quasi irascens, ne-
 que ut adversarius, neque ut immodico fruens
 impetu, ut inimicum reputans id facias, verum
 his omnibus omissis, quasi amans & dolens ma-
 gis, quam ille ipse lugens, atq; in illius casibus
 rabescens, id exequaris. Minimè itaque pro-
 bari potest aut debet eorū intempestivus zelus,
 qui agendo contra Sectarios, sive Pontificios si-
 ve Calvinianos, sive alios quoscunq; ita irā & af-
 fectū vehemētī exardescunt, ut sapius præ im-

moderata animi impotentia ex orationis cursu precipites acti, quid dicant, propemodum ipsi ignorent; Qui adversarios convitiis proscindunt, criminationibus premunt, & acerbis invectivis persequuntur; Qui non ex impulsu Spiritus S. sed ex motu carnis proprio, ex odio potius & ira in personas, quam ex Zelo & fervore justo in errores in concionibus suis officium Elenciticum exercent, tantum ut genuo suo, ægrè faciendi alteri, indulgeant, & libidinem animi vindictæ cupidi expleant. Hi *Zelum Dei habent, ἀλλ' ἔκαστ' ἐπ' ἑαυτῷ*, Rom. X. 2. *Æmulatio Dei est, sed non secundum scientiam, ex cæco impetu procedens, nulloque scrutinio aut judicio recto incedens. Est* *ἡλὸς πινός* *Zelus acerbus contentioni junctus*, Jacob. III. 14. 15 16. qui malitiam, invidiam, iram, rancorem & hostilitatem implicat. Non diffitemur quidem, ipsum Christum, mortalium mitissimum in Judæos refractarios, in Sacerdotes, Scribas & Phariseos verbis atrocibus, mordacibus & asperis sæpe usum esse. Modò ipsos *Nationem pravam & adulteram*, Matth. XII. 39. c. XVI. 4. *serpentes & progeniem viperarum*, Matth. XXIII. 33. *cæcos & cæcorum duces*, Matth. XV. 14. c. XXIII. 16. 24. Luc. VI. 39 *stultos & cæcos*, Matth. XXIII. 17. 19. *insipientes*, Luc. XI. 40. *Hypocritas*, Matth. VI. v. 2.

v. 2. s. 16. appellat, modo illos *fures & latrones*
 Joh. X 8. *Filios Diaboli*, Joh. VIII. 44. *Sepulchra*
dealbata, Matth. XXIII. 27. *lupos rapaces* Matt.
 VII. 15. *tauros, boves, leones, canes*, Psalm. XXII.
 13 14 17 21. indigitat. S. Paulus quoque magnâ
 vehementia & acrimoniâ falsos Doctores per-
 stringit, vocans eos *canes* Phil. III. 2. i. e. homi-
 nes impuros, qui ventris explendi causâ Evan-
 gelio oblatrant, cainamque suam impudenti-
 am, perfidiam ac rabiem, oculis, gannitu, rictu,
 insultu, morsu, laniatu &c. produnt, *malos o-*
perarius Phil. III. 2. (qui in ædificanda domo
 Dei i. e. Ecclesia ita laborant, ut magis destru-
 ant) item *Ministros Satane*, & *Operarios ini-*
quicatis 2. Cor. XI. 23. ἀνυποτάκτους, ματαίολους
 καὶ φθινάπιδας Tit. I 10. *Hereticos* ἀνομιτακτοί-
 τες, Tit. III. 10. λύκους βαρείς, *lupos graves*, Act. 17.
 XX. 29. & ab effectibus, quos edebant κατατομήν,
concisionem frustulationem rupturam, vid. Eccle-
 sia i. e. *concisores* (abstractum pro concreto) qui
 scil. quantum in ipsis erat, suo litigio Ecclesiam
 lacerabant & scindebant. Imò anathema vi-
 brat in omnes turbatores Ecclesiarum, qui vo-
 lunt μετὰς ῥέψαι, *invertere evertere*, Evangelii
 Christi Gal. I. 7. *Petruseriam Pseudoprophetas &*
Pseudodoctores, ceu *magistros mendaces*, vehemē-
 ter redarguit ac condemnat, 2. Petr. II. 1, 2, 3 & Jo-
 han

hannes Apostolus & Evangelista Hæreticos sui temporis *Antichristos* pronunciat 1. Epist. II. 18. 19. 22. *seductores & transgressores, quos ne salutare quidem vult.* 2. Epist. v. 7. 9. 10. Notū quoque est Polycarpi Martyris responsum, quod occurrenti, blandientique, Marcioni in faciem projectavit; *Agnosco te primogenitum Diaboli.* Heterodidascalos appellat Ignarius *Basiliscos, Dracones, canes rabidos*, in Epist. ad Antioch. Irenæus, *Canes*, 2. adversus hæretic. c. 12. Clemens Alexandrinus 3. Stromat. *Hircos*. Nazianzenus Orat. XLII. *Porcos*. Hieronymus 1. contra Jovin. *Sues*. Cyprianus & Augustinus Novatianos & Donatistas subinde vocant, *Antichristos, lupos, interfectores animarū, fures, latrones, sacrilegos &c.* Verum accurate distinguendū hoc loco inter Seductores (*Duxios*, ut Lutherus vocabat, Choragos & Duces Sectariorū.) & Seductos; inter adversarios contumaces, protervos seu pertinaces & dociles seu corrigibiles; itē inter eos, qui ex obstinatione, & eos qui ex infirmitate, ignorantia aut mentis imbecillitate errant. Christus, Apostoli & primitivæ Ecclesiæ Doctores seductores, seu sectariorū duces, & pertinaces Evangelii adversarios verbis acerbissimis perfringebant, & duriter increpabant, seductos vero à Pseudodidascalis & corrigibiles

gibiles blandis verbis in viam veritatis reduce-
bant, suo exemplo omnes Ecclesia Ministros
docentes, ut pro conditione hominum lenio-
ra vel aciora remedia adhibeant. Et eos,
quos ex infirmitate iudicii aut precipitantia
consilii extra orbitam veri, bonique abreptos
animadvertunt, & spem quantamcunque poe-
nitentiae & conversionis suae ostendunt, in
πρώτης corripiant, illos vero, qui errores su-
os pertinaciter defendunt & passim dissemi-
nant, vehementius & severius increpent.

*Quemadmodum qui mansuetum & ingenuum (εὐγυνῆ)
durius increpat, ipsum utique perimit ac perdit. Ita,
qui blandius eum demulcet, qui verborum acrimonia
opus habet, utique hunc corrumpit, nec sine ad me-
liorem frugem assurgere, inquit Chrysostomus in cap.
I. Epist. ad Titum. Mansuetudine uti convenit er-*

*gare eos, qui ex ignorantia errant, sed contra eos, qui
errores pertinaciter defendunt, iusta severitas ad-
hibenda, ait E. D. Gerhardus Harmon. Evangel.
cap. CLVIII. pag. 601. De gravitate & severita-
te corripiendi heterodoxos praesertim Docto-
res legatur Espenous in cap. 2. posterior, ad Ti-
moth. pag. 366. seqq. Distincta quoque hic
sunt objecta, quae corripiuntur & redarguun-
tur; Errores enim in Theologia alii leviores
sunt, alii graviores; alii remotius, alii propius
fidelem*

fidem evertunt aut labefactant: Errores qui non tangunt ipsum fidei fundamentū, sed vel incommodam saltem locutionem, vel minus probam Textus alicujus Biblici difficilioris interpretationem, aut quaestiones, ut vocant adnatas, concernunt, ea lenius & levius expediri possunt. Quae vero ipsum fundamentum fidei & salutis intervertunt, & contra Libros Ecclesiae nostrae Symbolicos sunt, illi acrius sunt arguendi. Valetq; hic illud *B. Baldolini* disputat, de Anathem. §. 38 *Uc non omnis moderatio vitium, sic non omnis in arguendo acrimonia est convitium, saepe etiam ipsa blasphemia doctrinae magnitudo verba duriora provocat. Illudque B. Hutteri loco supra allegato. Ipsa Christi & Apostolorum praxis evidenter monstrat, Adversariorum saepius hypocrisin & inexpugnabile contradicendum, horrendas etiam blasphemias, quibus celestem veritatem non modo impie arroant, sed & pedibus conculcant, ludibrioq; exponunt, eò impellere Orthodoxos, ut in respondendo acrimoniam adhibeant, & Scapham Scapham nominent. Probè quoque hic dispiciendum est, an Heretici vel ab haeticis seducti corripiendi sint in ipso gremio Ecclesiae, cui praest Minister Verbi, an extra eum. Si sunt in ipso gremio Ecclesiae Heretici, magna pruden-*

prudentiâ & circumſpectione opus eſt Docto-
 ri Orthodoxo, ne injuriſis & calumniſis ver-
 bis, diſteriis & ſcommatibus dogmata eorum
 perſtringat, vel etiam contra ipſos ſcommata
 & injurias evomat. Gravioribus enim inve-
 ctivis exulcerantur potius & exaſperantur An-
 tagoniſtarum animi, lenibus verò & placidis
 alloquiis miteſcunt magis & acquieſcunt. *Re-*
ſponſo mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitât
furorẽ, inquit Salomon Proverb. XV. i. ubi
 מַעֲנֶה רֵרֶךְ *Reſponſum molle* notat omnem ſer-
 monem, qui ex animo manſueto promanat,
 quidq; omni caret acredine ſcommaticâ vel
 convitiatoria, ubi abeſt omnis ſaſtus minax,
 deſpiciens aut inſultans, ubi tum verba ipſa,
 tum pronunciandi modus leniter ſe inſinu-
 ant, captivique alterius modeſte ſe attempe-
 rant. Effectus hujusmodi ſermonis mode-
 ratuſ eſt, avertere iram & indignationem, i. e.
 vel impedire, ne ob præbitam in verbis indi-
 gnandi cauſam alter exardeſcat, vel ſi jam ex-
 arſerit, impetrare, ut paulatim ira iſthæc re-
 mittat, fluctusqve mentis concitata iterum
 componantur ac quieſcant. *Sermo vero durus*
 & *moleſtus* deſignat talem, quo ægrè alteri faci-
 mus ſcommatibus aculeatis, ſarcaſmſis diaboli-
 cis, contemptu ignominioſo, intempeti-
 va oburgatione. Effectus illius eſt *ira & furoris*
 con-

con-

concitatio & provocatio &c. ut rectè docet *Dn. D. Geier Com.* in h. l. Si verò sunt in coetu Ecclesiastico non nulli in errorē inducti, qvita-
men secum habitant, opiniones suas erroneas
in sinu fovent, nec in vulgus disseminant, con-
nitendum est Ministro Ecclesiæ istius loci, ut in
spiritu mansuetudinis & lenitatis membra illa
luxata in compagem corporis mystici restau-
ret Gal. VI. 1. errantes corrigat & ad sanam
mentē reducat. Et taliū infirmitas, donec firmi
efficiantur, sustinenda est & toleranda, quam-
diu spes est emendationis. Discernendū etiam
hic accurate est *initium à progressu*. Errones &
Errores in fide initio modeste corripiendi
sunt. Et si fieri potest, ipsi hæretici privatim pri-
mum admonendi, anteqvam ad publicam, se-
verioremq; reprehensionē procedatur; ut do-
cet *B. Hussmannus* loc. cit. §. XIII. pag. 131. seq.
Uti enim in correptione vitiorū moralū Chri-
stus certos gradus præscribit: *Corripe fratrem
tuum*, ait *semel, bis, iterum, &c.* Matth. XVIII. 15.
seq. ita correptionē Erronum in fide & Hære-
ticorum semel, iterumq; instituendam esse
præcipit Apostolus, Tit. III. 10. inqviens; *Hære-
ticum hominem post unam & alteram v8 Joicam,
meliozem informationem, admonitionē, cor-
reptionem &c. devota*; Notanter dicit; *Esse evi-*
tata

*andum incorrigibilem aliquoties monitum
 non statim e vitâ mittendum, ut volunt Pon-
 tificii, Chrysostomus monitum illud Apostoli 2.
 Tim. II. 25. de ἀντιδιαιτῆς καὶ ἐν παύσει, sive
 cum lenitate & modestiâ corripendis limitat ad
 initia, quando hoc modo hæc duo dicta con-
 ciliat, Hoc; inquit (scil. Tit. III. 10.) de illo monet,
 q̄vi corrigi non vult, q̄vem videt insana-
 bili morbo detineri. Ergo modestiam in
 corripiendo (2. Tim. II. 25.) adhiberi ju-
 bet illi, de quo spes est emendationis, ut è
 vestigio in textu sequitur: Ne fortè det
 eis Dominus poenitentiam ad agnitio-
 nem veritatis &c. Et hunc quidem pro-
 cessum (ut benè monet B. Hülsemannus
 loc. alleg. num. 145. seq. pag. 71.) præscribit (Apo-
 stolus) circa eos, qui ex nobis egrediuntur, dum e-
 grediuntur, ut Hymeneus, Phileus & ejus commaris
 apostata. Qui autem nunquam nostri fuerunt, sed
 in hostico educati & exercitati hac fini sunt, ut ve-
 ruti & orthodoxie insultent, illi utique tanquam
 professi hostes tractandi sunt. D. Tarnovius in Nucleo
 Epistol. Dominical. & Festal. Domin. Cantate p.
 156. scribit. Ut Pastor ovē errantem insequens voce a-
 mica & sibilo revocat, non clavâ prostermit; ita ani-
 marum pastores eos, de quibus adhuc restat spes fru-
 gi, cum omni tolerantia in viam reducant. Cæterum
 progressu temporis, quando error apparet in-
 corripi-*

corripi-

bilis & morbus ferè desperatus, rigidior & severior adhibenda vehementia est. Duro enim nodo durus quærendus est cuneus. Interdum quoque Ecclesia constituta est in statu tranquillo sub Magistratu pio & orthodoxo, ac proinde liberrimo gaudet religionis exercitio, interdum sub Magistratu heterodoxo gemit & premitur. Ibi liberior Hæreticorum & Heterodoxorum, falsorumque dogmatum Elenchus non immerito instituitur. In Ecclesiâ vero pressa & gemente prudentiâ & circumspeditione opus est, ne per nimiam *παρρησίαν* & verborum asperitatem tota periclitetur immunitas. Tum enim solícite cavendum, ne zelo intempestivo & cum primis acerbiori falsi alicujus dogmatis rejectione atq; damnatione apud adversarios celestis veritatis Ecclesia plus detrimenti afferamus, quàm salutem priorum promoveamus, ut pie monet B. Gerbardus Com. in I. Petr. III, pag. 419. B. Lutherus quidem à pluribus vehementiæ & asperitatis nimie postulatur, qui tamè animo placido, aperto, libero, pio ac miti semper existit. Unde de seipso ingenue scribit Tom. II. Lat. Jen. fol. 400. *Malo ego apertus esse & neminem blanditia fallere: Hoc possum testari; Cortex meus potest esse durior, sed nucleus meus mollis & dulcis est.*